dux aquitanie construxit cluniacum. et ibidem posuit abbatem Brunonem secundum cartularios monasterii nostri. et audivi quod in predicto monasterio cluniacensi fit magna memoria dicti guillermi ducis.

Post hunc Bernardus.

Niquiarius eo tempore Anno domini ay°. v°. vii guarum fidem xpi susceperunt qui francorum burgundiam aquitaniam ferro et igne ana pagani existentes devastarunt.

Post hunc Atilius

Jeremias.

rnaldus

Hugo

Aymundus huius tempore ecclesia s. p. moysiacensis cecidit, et vix talia evenerunt quin maiorum maiora sint plagia futurorum. sic de prio quod proh dolor dicto monasterio dicitur contigisse. cum totum quisquis p. infrascriptus fecerat. de abbate milite fuerint in desolacione monasterii. et mediacionis enervacione et non modica subversione quod fide occulta expitur.

Post hunc p. qui prefecit abbatem militem. et quasi ad nichilum redegit predictum monasterium hiis temporibus. m. xlii. ob maliciam hominum alias p. prefecit abbatem militem sive secularem ut tueret villam moysiacensem. et membra abbacie et villas et territorium et appendicias dicti monasterii, abbatem et conventum. et dedit predicto abbati militi excaptepinum in quibusdam locis et in villa moysiacensi certam partem pro quo captepio dictus abbas miles promisit omagium et fidelitatem abbati et conventui regulari et successoribus eorundem. hic p. dedit locum de sancto amano monialibus de braguayrico sicut plegi in archivis dicti monasterii monialium dominus ibi fuit. Vocatus quidem fuit abbas miles ad differentiam abbatis monachi. ut ibi due essent potestates et temporalis a spirituali dependeat. sicut in imperatoria potestate dicitur optinere. Ex post predictum monasterium fuit combustum destructum et desolatum. noluit ille p. intendere dominus et totum destruxit. quia sic precium temporale recepit et indiscrete commisit. et non fuit nisi vindicare se de se ipso. et in locum loci seu potius sibi dati pro modum habuit superiores. Sciendum est quod sub isto p. finorum regimine. q. tota monasterii predicti potestas cepit decrescere via. quia in manu potestatum devenerit medietas et villa que ad statum pristinum adhuc redigitur. Illius nempe et monasterii soli tenuerit dominium quod clarent [illegible]

in spiritualibus consuetudines ville tarre primo dominum per [illegible] moysiacensis. et ea que ex post tenuit monasterium cum iurgio et contentionibus multis et de domino multiplicat subiugavit. Quia cum sit ars artium regimen animarum bona cautela est ut digni et non tanquam canes non valentes latrare assumantur prelati ne paciatur dispendia salubri regimine destituta. sufficientes ex multo [illegible] diriguntur in ecclesiis ut mutaciones fiant ad commoda meliora. Sub eodem p. monasterii subverterit et qualiter semel illis temporibus accidit de primo referendum.

Cunctis pene mortalibus notum esse credimus quod nichil sine causa in terra fit unde est quod multotiens etiam loca sanctorum ob culpas inhitantium non solum vastari audivimus sed et comburi atque dissipari. unde et in iherusalem templum et sancta sanctorum totiens sint destructa quotiens et nunc legitur constructa. Hec vero memoravimus ut ea que moysiacensi nostris evenire temporibus intelligamus. Vix predicta a vero cunctis sunt illius medratoris. tunc fratrum consequens annotantur. Sciendum expletis namque villa illa sive locus dei protectione et sui sanctitate. tanta autem ab incolis sive accolantibus dignitate et reverentia erat habitus ut inviolatus permaneret. nec non et intactus ab hominibus. Nunc autem quia laycalis potestas que vulgo dicitur abbas gualterus consilio fultus insipientium congregata multitudine ipsorum fecerit inde speluncam latronum. et refugium malignancium eorum quamque deprandarum cum totiens tam a laycis quam a monachis. admonitus corrigere nollet non est passus iustus iudex hoc manere inultum. Dux etenim vicecomes leomanie bernardus nomine militia fultus prava ope villam ipsam totam incendit. pre. Sed quia nichil est sine causa uti iam diximus ipse gualterus tandem postea respiciens que prius egerat. prudenter emendare studens secundum petitionem fratrum ibi degentium domini abbatis asquilini qui locum illum regulariter degebat et fratrum suorum aliorum quoque nobilium virorum. locum ipsum et villam in pristinam libertatem et stabilitatem stabilivit atque constituit tali tenore firmavit ipse et qui post ipsum scripti tenentur per fidem suam et iuraverunt super sacratissimum altare sancti iuliani. apposita multitudine sanctarum reliquiarum tenendam ubi que vulgo dicitur salvetate omnibus hominibus infra cruces ad hoc antiquitus determinatas. sicut in aliis locis ubi tenet firmavit et iuravit similiter nunquam amplius de ipsa villa guerram facere neque guerrarios illos inibi quos ibi tenere nisi pro honore sancti petri. vel male facto in ipsa habitancium. et hoc cum consensu et voluntate

Constantinus magnus post [illegible] britanniam et galliam post mortem patris sui [illegible] britanniam maiorem [illegible] suscepit [illegible] dedit pro plurimis et successoribus eius [illegible] constantinus [illegible]
[illegible]

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 63v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37047)